(8

28/I
1659

Actum in Castro Præmysliensi Feria Tertia post Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono.

R. Lenkiewicz R. Kamieniecki Quietat.

Comparens personaliter Coram Officio et Aćtis præsentibus Castrensibg Capitanealibg Præmysliensibg Reverendus Pater Sylvester Lenkiewicz Ordinis Sancti Basilii Prior alias Ikumen Sanus mente et Corpore existens à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibg utpote propriis et Competentibg Præsenti vero Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Præmysliensi quo ad actum præsentem attinet se cum suis succesoribg ac bonis suis generaliter omnibg totaliter et plenarie incorporando atq subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Admodum Reverendum in Hristo Patrem Victorinum Kamieniecki Archimandritam Derazecensem tantummodo de quibusvis Protestationibg per se Recognoscentem Aćtis coram quibusvis authenticis Regni Contra eundem Admodum Reverendum Archimandritam et alias Personas in iisq. Protestationibg earumq Processibg specificatt occasione quarumvis iniuriarum pretensionum et damnorum ibidem Connotatorum tam Criminaliter quam Civiliter factt. necnon de quibusvis Actionibus ac quovis Judicium et Officium Regni occasione Præmissorum institutt. Tum de quibusvis Processibg Decretis Contumacialibg et Controversialibus, si quæ ratione Præmissorum intercesserunt atq poenis Condemnationum quarumvis nempe Simplicium et per poenas Banitionum ac Infamiarum ac earum publicationum Denig quibusvis pretensionibus damnis iniuriis et Violentiis atq Terminis et gradibus Juris in diem actq præsentem intercedentibus Quietat et liberos perpetuo pronunciat Præmissa qoraque modo Supperius recensita et Connotata tota et per omnia Cassat mortificat et annihilat sibig et suis posteris ratione Præmissorum omnium per-

14

omnium perpetuum imponendo silentium (salva nihilominus sibi Recognoscenti prosequutione et Continuatione suprascripti Processus Causae et Omnium Commissorum cum Reliquis Citatis in eodem Processu Causae eiusdem specificatis plene in robore reservanda.

Actum in Castro Præmysliensi Feria Sexta ante Festum Purificationis Beatissimæ Virginis Mariæ proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono. 31/I 1659

Dembołęcki, Gąsowski atque Thomikowski Intercisam Roborant.

Comparentes personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus personaliter Comparentes Generosi Martinus Dembołęcki ab una, et Joannes Gąsowski atque Franciscus Thomikowski olim Generosi Joannis Thomikowski de Thomiki cum Generosa Anna Smarowska procreatus Filius ab altera parte sanimentibus et Corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus que suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo Praesentique Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Præmysliensi quoad Actum praesentem attinet se cum suis successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum suo pro interesse recognoverunt. Quia ipsi et quidem Generosus Joannes Gąsowski suo et praefatae Generosae Annae Smarowska olim eiusdem Generosi Joannis Thomikowski primi Matrimonii relictae secundi vero thori adpraesens Consorti suae legitimae pro cuius rathi habitione Cavet ac se praesentibus inscribit nomine se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis quibusvis peccuniariis habitis et habendis inscribunt sibi mutuo et vicissim Una Pars alteri ac posteris utriusque partis obligant Interim [illegible]